



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Replica Ioan. Eckii Adversvs Scripta secunda Buceri
apostatæ super actis Ratisponæ**

Eck, Johannes

Ingolstadii, 1543

VD16 E 416

Bucer excommunicatus, non Eckivs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30106

sequenti responsione luculenter comprobabo.

AD QUINTVM CRIMEN.

Cum adducit plaustra calumniarū, quia nemo debeat
 mecum manducare, respondeo per ordinem. In Biblia
 nullibi prohibetur q̄s māducare cū Eckio, sed hoc legimus:
 Si quis ecclesiam nō audierit, sit tibi sicut ethnicus & publi-
 canus. Quare Bucer ecclesiā non audiens nisi malignan-
 tiū, pro ethnico habendus est. Legimus Christū dixisse di-
 scipulis: Qui vos spernit, me spernit, quod nedum de apo-
 stolis est intelligendū, sed etiā successoribus. Quare Bucer
 est contemptor Christi, quia contemnit pontificē & legit-
 timos successores apostolorū. Et cum iā plus viginti annis
 Bucer obsorduit in excommunicatione, nec cogitauit, nec
 petijt absolutionē à diabolo possessus, ideo ab omni catho-
 lico est vitandus sub peccato mortali. Nā quia Luther nō
 habet verā doctrinā ecclesiæ, sed hæresiarcharū, Hussi, Vvis-
 clephi, Vigilantij, Louiniani Epicuręi, ideo dicamus ei illud
 Ioannis: Si quis venit ad vos, & hanc doctrinā non affert,
 ne recipiatis eum in domum, nec aue ei dixeritis. Qui enim
 dicit illi aue, cōmunicat operibus illius malignis. Ecce præ-
 dixi vobis. Et de excōmunicatis præcipit Paulus, non sumens
 dum cibum cum illis. Traditi enim sunt diabolo in interit-
 tum carnis. Et excōmunicato non cōmunicandum Paulus
 præcepit. Non cōmiscemini cum illo, vt cōfundatur. Et Moy-
 ses dixit turbæ: Recedite à tabernaculis hoīm impiorum,
 & nolite tangere, quæ ad eos ptinent, ne inuoluamini pec-
 catis impiorum. Cum ergo Bucer sit excōmunicatus hæres-
 ticus iā viginti annis, & singulis annis in cœna dñi traditus
 sit diabolo, & ideo ab omnibus Christianis de iure diuino
 & positiuo vitandus: audet tamen temere Christianis inhi-
 bere, ne cum catholico Eckio cōmunicent, de gratia dei ab
 ecclesia mucrone excōmunicationis nō p̄ciso, sicut resectus
 est putridum mēbrum Bucer.

Mat. 23

Luc. 10

Bucer ex
 communi-
 catus.

1. Ioan. 7

1. Cor. 5

2. Theff. 5.
 Nume. 20

xx. q. 3. cū
 excommu-
 nicato.
 c. sicut ait,
 de hæreti-
 cis.

N ij Pri